Adulterio enim se dedit, et alienum quidem thorum hic violasse
dicunt quendam ex discipulis ~~[illegible]~~ hujus ~~[illegible]~~ impostoris, qui
a Judaica ~~religione~~ ad hanc impiissimam superstitionem transierat.
Ex injusta hac et execranda commixtione ~~nascebatur~~ adulterae
scelus illud ab impuritate et profana mente satis celebre
~~[illegible]~~ foedus, impurum et detestabilis iste Baanes natus est. Hic
inter malos pessimus, eum qui Epaphroditus dicebatur, superabat.
Quippe qui etiam omnia illa, quibus impia ista Religio adorna-
batur, facili amplecteretur; impuritate autem vitae, et
nefandis Veneris sceleribus aliisque incestis et horrendis institutis
~~[illegible]~~, antecessores eius omnes suos re superaret, vincens perver-
sissimam doctrinam apud illos qui aures ipsi praebebant,
~~[illegible]~~ nunquam non docere ~~[illegible]~~ perrexit. Eodem tempore
simul cum multiformi et detestabili hac bestia exoritur
alia quaedam serpentino veneno ~~[illegible]~~ ex plena. ✝ Dryinus
perditissimus homuncio ~~[illegible]~~ vocabatur, quo nomine serpentem
sub humano schemate latere pestiferum et venenosum in-
nuebat. Huic monstro filius nascebatur, + ex ser-
pentis primi mali auctoris seminibus magis, quam ex
conjugali procreatione sua ~~vitae~~ nativitatis primordia
traxerat. Huic Pater in lucem edito nomen im-
posuit Sergii. Vir ille erat extremus omni Dia-
bolica malitia capax. Disertus ad praedicanda
impia ista dogmata: callidissimus etiam ~~[illegible]~~, quoties tempus
postulare videbatur, mentem suam celandi. Praeterea
qui virtutem simularet maxime idoneum: ad nectendas
fraudes, ~~[illegible]~~ et deducendas secum in ~~extremam~~
perniciem animas, acutissimus. Paucis ut dicam:

omnium

Homo profligatae vitae

Dryinus Manichaeus

✝ Patria ipsi vicus Ania urbi Tabiae confinis.

\+ ~~[illegible]~~ qui, me judice,

Sergius qualis fuerit.